



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum reuertentes ad fidem sint recipiendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ad excommunicatio-
nem. Affer quoque
ad hoc multa iura.
Et quoniam allatoru-
rum, cum multa
que in principio pro-
se afferit, tenens par-
tem affirmatiuam in-
dubitam, videlicet
perspicuam, et mi-
norem perperaciam,
salsus nihilominus
ratione solida, ex qua
solentur omnes dif-
ficultates, desisti a
persecutione iurii,
& Doctorum allega-
torum. Duabus igitur
dilatationibus
in hac re. Prima
est de occulto,
quod est duplex,
quod dicitur per se,
quod dicitur per acci-
dens. Occultum per
se est quod ex sua ra-
tione sibi uendicat
non subesse cog-
nitioni sensu, a qua
incipit humana cog-
nitio, secundum
quam Ecclesia iudicat.
Occultum ue-
ro per accidens, quod
licet sensu subia-
ceat, talem tamen,
uel testes non habet.
Secunda est de
actu interiori, quod
dupliciter exerceri
potest. Primo solus,
ut cum quis uult face-
re malum aliquod,
uel odio habet ali-
quem, uel desiderat,
& huiusmodi solum
in corde suo. Secun-
do potest exerceri ut
causa commissio-
nis, uel omissionis, exte-
rioris, ut cum quis
ex odio facit, uel o-
mittit facere aliquod
malum, sine illud ex-
tra se locatio, sine
operatio quarecum-
que.
Ex his siquidem su-
menum tibi est, quod
licet occultissima per
accidens, & actus
interiores, ut ratio-
nes exteriorum com-
missionum, uel o-
missionum, subia-
ceant Ecclesie iudi-
cio, & censuris: oc-
culte tamen per se,
ut sunt actus interio-
res solum ab ecclesia iu-
dicio & censuris asse-
na sine, et ratio
est, quia homo ui-
det que parent:
Deus autem intue-
tur cor, ut dicitur
primi Reg. 16. Et
propterea Aposto-
lus prohibet horum
iudicium, dicens pri-
me ad Cor. 4. Noli-
te ante tempus iudi-
care quousque ueniat
Dominus, qui ma-

pere fidem, per quam est uita, falsare pecuniam, per quam temporali uita subuenitur. Unde si falsarii pecunie, uel alii malefactores statim per seculares principes iuste morti traduntur, multo magis heretici statim, ex quo de heresi conuincuntur, possunt non solum excocari, sed & iuste occidi. Ex parte autem Ecclesie est misericordia ad errantium conuersio-
nem: & ideo non statim condemnantur, sed post primam & secundam correptionem, ut Apostolus docet postmodum uero si adhuc pertinax inueniatur, Ecclesia de eius conuersione non sperans, aliorum saluti prouidet, cum ab ecclesia separando per excocationis sententiam: & ulterius relinquendum iudicio seculari a mundo exterminandum per mortem. Dicit enim Hier. & habetur 24. q. 3. Refecit autem sunt putridae carnes, & scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus, massa, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereat. Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ad modestiam illam pertinet, ut primo, & secundo corripatur. Quod si redire noluerit, iam subuenio huius, ut per ipsam auctoritatem Apo. inducatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod utilitas, que ex heresibus prouenit, est prater intentionem hereticorum, dum. Inconstantia fidelium comprobatur, ut Apostolus dicit, & uenturiam pigritiam, diuinas scripturas sollicitius intuentes, sicut Aug. dicit: sed ex intentione eorum est eorum pere fidem, quod est maximum nocuum. Et ideo magis respiciendum est ad id, quod est per se de eorum intentione, ut excludantur, quam ad hoc, quod est prater eorum intentionem, ut sustineantur.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut habetur in Decr. 24. q. 4. aliud est excocatio, & aliud eradicatio. Excocatio. n. ad hoc aliquis, ut ait Apo. ut spiritus eius saluus fiat in die Domini. Si totaliter eradicatur per mortem heretici, non est eradicatio: quod est in eo casu intelligendum, quod non possunt extirpationi zizania sine extirpatione tritici, ut supra dictum est, cum de infidelibus in communi ageretur.

ARTICVLVS IIII.

Utrum reuertentes ab heresi, sicut ab Ecclesia recipiendi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod reuertentes

ab heresi, sint omnino ab ecclesia recipiendi. Dicitur in Iere. 3. ex persona Domini. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus: sed ecclesie iudicium, est iudicium Dei, secundum illud Deus. 1. Itaque uos audietis, ut magnum, neque accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. ergo si aliqui fuerint per infidelitatem, que est spiritualis fornicatio, nihilominus sunt recipiendi.

¶ 2 Prater Dominus Matth. 18. Permittat non solum septies, sed usque septuagies septies, per que intelligitur, secundum expositionem Hierony. quod quotiescunque aliquis peccauerit, est ei dimittendum, ergo quotiescunque aliquis peccauerit in heresi relapsus, erit ab Ecclesia suscipiendus.

¶ 3 Prater. Heresis est quedam infidelitas: sed alii infideles uolentes conuerti, ab Ecclesia suscipiuntur, ergo et heretici sunt recipiendi.

SED CONTRA est, quod Decretalis, Ad abolendam, dicit, quod si aliqui post abiurationem erroris, deprehensi fuerint in abiurata heresim decidisse, seculari iudicio sunt relinquendi. non ergo ab Ecclesia sunt recipiendi.

RESPON. Dicendum, quod Ecclesia secundum Domini institutionem, charitatem suam extendit ad omnes non solum amicos, uerum et inimicos, & persequentes, secundum illud Mat. 5. Diligite inimicos uestros, bene facite his, qui oderunt uos. Pertinet ut ad charitatem, ut aliquis bonum proximi & uelit, & opere turet: at duplex bonum. Vnum quidem spirituale. scilicet salus anime, quod principaliter respicit charitas: hoc non glibet ex charitate detur alii uelle. Vnde quantum ad hoc, heretici reuertentes quotiescunque relapsi fuerint, ab ecclesia recipiuntur ad penitentiam, per quam impeditur eis uia salutis. Aliud autem est bonum, quod seculari respicit charitas. scilicet bonum temporale, sicut est uita corporalis possessio mundana, & bona fama, & dignitas ecclesiastica, siue secularis. Hoc non tenetur ex charitate aliis uelle, nisi in ordine ad salutem eternam & eorum, & aliorum. Vnde si aliquis de hominibus bonis existens in uno impedire possit eternam salutem in multis, non oportet quod ex charitate hominibus bonis ei uelimus, sed potius ut uelimus eum illo carere, tamen, quia salus eterna proferenda est bonis temporalibus, tamen quia bonum multorum proferitur bono unius. Si autem heretici reuertentes semper reciperentur, ut conseruarentur in uita, & aliis temporalibus bonis, posset

Secunda Secunda S. Thomae.

nifestabit consilia cordium. Ex his autem patet primo, quod hereticus perfectissimus in solo corde non est excommunicatus, nec aliarum iuris humani poenarum reus. Si tamen peccatum heresis non ratione censura annexum, ut in processu annuali Romane curie referatur, sed absolute esset referuatum Papae, uel episcopo, non posset talis hereticus ab inferiori absolui: quoniam referuatio non est poena, sed negatio, uel ademptio iurisdictionis, qua superior potest utri in quantumcumque occultus. Patet secundo, quod si hereticus in corde, exterius in aliquo opere, uel uerbo peccatum suum exequatur, seu dicat, statim est excommunicatus, etiam si nullus auctori, uideatur, quomodo loquitur perat, nisi ipsemet: quod tunc heresis peccatum non nisi per accidens est occultum Ecclesie. Per se enim habet, uide possit ab Ecclesia sciri, quia est peccatum exterius. Et propterea oportet confessores inquirere, cum penitentes tepidi in fide, & uicitationibus consentiunt contra fidem, occurrunt, an etiam secum solus ore protulerit infidelitatem suam quando in illa erat. Patet tertio, quod cum prohibetur inquisitoribus, quod odio, uel amore &c. non omittere procedere contra hereticos sub excommunicationis latae sententiae poena, non excommunicatur actus interior solus, sed actus exterior, puta, impositio, uel omisio ex interiori odio, uel amore procedes. Et simile est in aliis. Et in hoc decepta uidetur gloria allata, quia non distinguit inter cor solum, & cor uel rationem extrinsecam nec fieri occultum per se, & occultum per accidens, ut nos fecimus.

Supr. illud uerbum Mat. 18. tom. 9.

in Decret. l. 5. u. 7. c. 9. amc.

Supr. illud uerbum Mat. 18. tom. 9.

E Super

¶ Super questionis duodecime articulum primum.

F Et quoniam ad primum consecrati sunt per sacra-
mentis, vel quasi consecrati per sacramentale, factum
ram, ab hoc retrocedere peccatum mortale est, et
fit nisi contemptu sacramenti, & sacramentaliter
iteretur. A secundo autem recedere ab hoc quoque

ARTICVLVS PRIMVS.
Vtrum apostasia pertineat ad
infidelitatem.

AD PRIMVM sic procedit.
Videtur, quod apostasia non p-
tineat ad infidelitatem. Illud in-
quod est omnis peccati principiu,
non videtur ad infidelitatem per-
tinere, quia multa peccata sine inf-
idelitate existunt: sed apostasia ti-
detur esse omnis peccati principiu.
dicitur enim Eccl. 10. In initiu
superbiae hominis apostatare a
Deo, & postea subditur: In initiu
omnis peccati superbia ergo aposta-
sia non pertinet ad infidelitatem.

¶ 2 Prate. Infidelitas in intellectu
consistit: sed apostasia magis uide-
tur consistere in exteriori opere,
uel sermone, aut et in interiori
uoluntate. dicitur. n. Prou. 6. Ho-
mo apostata, uir inutilis, gradiens
ore peruerso, annuit oculis, terit
pede, digito loquitur, prauo cor-
de machinatur malum, & in om-
ni tempore iurgia seminat. Si quis
et se circumcideret, uel sepulchrum
Machomeri adoraret, apostata re-
putaretur. ergo apostasia non perti-
net directe ad infidelitatem.

¶ 3 Prate. Haereticus, quia ad infideli-
tate pertinet, est quidam determinata
species infidelitatis. si ergo aposta-
sia ad infidelitatem pertinet, sequere-
tur, quod esset quaedam determina-
ta species infidelitatis: quod non
uideretur in praedicta. non ergo ap-
postasia ad infidelitatem pertinet.

SED CONTRA est, quod dicitur
Iohan. 6. Multi discipulorum eius
abierunt retro: quod est apostatare,
de quibus supra dixerat Dominus. Sunt
quidam ex uobis, qui non credunt. er-
go apostasia pertinet ad infidelitatem.

RESON. Dicendum, quod ap-
postasia importat retrocessionem
quandam a Deo: quod quidem diuersim-
mode fit secundum diuersos modos,
quibus homo Deo coniungitur. Pri-
mo namque coniungitur homo Deo per
fidem: secundum per debitam & subiectam
uoluntate ad obediendum preceptis e-
ius: tertio per aliquam specialem ad
supererogationem pertinentiam, sicut
per religionem & clericaturam, uel sa-
crum ordinem. Remoto autem posteriori
remanet prius, sed non conuertitur.
Contingit ergo aliquem apostatare
a Deo retrocedendo a religione,
quod professus est, uel ab ordine, quem
suscepit, & hac dicitur apostasia re-
ligionis, seu ordinis. Contingit

IN primo articulo, questionis duodecime dubium primum oc-
currit, de Apostasia ab ordine, an constitutus in minoribus, seu
prima tonsura peccet relinquendo statum clericalem. Videtur. n. quod
sic. Primum quia qua-
libet apostasia pecca-
tum est, ut in litera
dicitur: immo de om-
ni apostasia dicitur,
quod potest intelligi
illa. auctoritas. Pro-
uerb. sexto. Homo
apostata uir inutilis,
&c. Ex quo habetur,
quod non solum est
peccatum, sed etiam
mortale peccatum.
Secundo, quia facit co-
tra id quod in susce-
ptione primae tonsu-
rae suscipit, scilicet
Dominus pars heredi-
tatis meae. Tertio,
quia multae auctori-
tates ad hoc afferuntur.

**¶ Ad euidenciam hu-
jus questionis sciendum
est, quod relin-
quere clericatus, seu
ordinem minorum
statum & exercitium,
cum importet retro-
cessionem a bono su-
pererogationis quid-
dem ante susceptam
tonsuram, uel ordi-
nem, debito autem
post susceptum ordi-
nem, aut tonsuram:
(Ex quo enim acci-
tus est in sortem diui-
nam, debitor factus
est sui in ministerium
Dei) secundum se
non est de genere bo-
norum, nec indiffe-
rentium, sed male io-
nantium, non ita quod
sit per se malum, si-
cut mendacium, quia
in nulla necessitate
posset licere, sed ita
quod solitarie sum-
ptum, malum sit, ad-
iuncta tamen aliqua
conditione honestari
possit. Et hoc patet
ex eo, quod pro
aliqua necessitate licet
aliquis post primam
tonsuram, & ordinem
minorem posset retro-
cedere, ut si pro
pace regni oporteret
esse bigamum, uel
aliquid huiusmodi.
Et quoniam ratio debiti
iustitiam constituit,
& eius uoluntate
iniustitiam, iuxta mo-
dum debiti attenden-
da est natura peccati.
In huiusmodi autem
clericis tria inueniuntur
debita, primo, quod ipsi sint
ministri Dei: secundum,
quod exerceant ministeria
suarum, quod deferant signa
ministerij, puta, habitum
& tonsuram.**

hinc
K. Medius
q. 10. 11. 12.

¶ Item
11. 12. 13.

Supra illud
Matth. 18. Si
peccauerit
18. 10. 11.

QVAESTIO XII.

De apostasia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum
est de apostasia.
ET CIRCA hoc quaeruntur duo.

¶ Primo, Vtrum apostasia ad infidelitatem pertineat.

¶ Secundo, Vtrum propter apostasiam a fide, subditi absoluantur a domino praesidentium apostatarum.

K fidem: secundum per debitam & subiectam uoluntate ad obediendum preceptis eius: tertio per aliquam specialem ad supererogationem pertinentiam, sicut per religionem & clericaturam, uel sacram ordinem. Remoto autem posteriori remanet prius, sed non conuertitur. Contingit ergo aliquem apostatare a Deo retrocedendo a religione, quod professus est, uel ab ordine, quem suscepit, & hac dicitur apostasia religionis, seu ordinis. Contingit